

## 40. O Rex coelorum

Piae Cantiones 1582

Anonymous

O Rex coe - lo - rum Do - mi - ne, tu - mun - di  
Te de - pre - cor, ex - au - di - me tu - o re -

7

fac - tor bri - cae, Nec te la - tent sae -  
dem - tum san - gui - ne. Ab al vo ma - tris

13

vis - si - ma que com - mis - si sta - gi - ti - a.  
hac - te - nus, suc cur - re Rex pro - pi - ti - us.

2. Tu es enim piissimus, qui de supernis sedibus  
Venisti me redimere, noli peccantem perdere,  
Quid proderit, si pereo, mihi tua redemptio?  
Certe foret utilius, ne unquam essem genitus.
3. In domo quondam Simonis, tu incestae mulieris  
Diluisti facinora, mira nimis clementia,  
Tu pius es haeretici misertus et Theophili,  
Quia conversus doluit, summam mercedem habuit.
4. Memento Rex magnifice, qui es dignatus dicere:  
Nolo peccantem perdere, sed convertentem vivere:  
Peccator sum non abnego, idcirco ad te clamito.  
Nam potens es dimittere quidquid peccavi Domine.
5. O magnae Rex potentiae, O pietatis unice  
Audi preces quas profero, tibi pro me miserrimo,  
Quis nisi tu me audiat? Quis praeter te subveniat?  
Si non audis, ad alium non est recursus Dominum.
6. Sit tibi laus et gloria, per cuncta Iesu secula,  
Qui misereris omnium, ad te pie clamantium,  
Eadem laus mitissimo sit Patri cum Paraclito,  
Uni trinoque Domino qui regnat sine termino.